



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Ioannis Cohlæi De Actis Et Scriptis Martini
Lvtheri Saxonis**

Cochlaeus, Johannes

Parisiis, 1565

Generosissimo Ac Illvstrissimo Principi Ac Domino Domino Herculi Estensi,
Duci Ferrariae, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-29789

GENEROSISSI³

MO AC ILLVSTRIS-
SIMO PRINCIPI AC DOMINO
Domino Herculi Estensi, Duci Ferrar-
iae &c. Domino suo Clementissi-
mo, Ioannes Coclæus Ger-
manus, Canonicus Ca-
thedralis Ecclesiæ
Vratislaviensis.

S. P. D.

ENEROSISSIME Ac illu-
strissime Princeps, Domine Cle-
mentissime, Quum ego ante an-
nos XXXII. Ferrariae, in am-
pla & pulcherrima vrbe tua, ea-
que natura & arte situque mun-
tissima, & fertilitate soli, & edificiorumque ampli-
tudine & ornatu, atque platearum latitudine &
mundicia, hortorumque amoenitate ac præter-
fluentis Padi, Clarissimi Italæ fluminis, com-
moditatibus fælicissima: in studijs sacrarum
literarum, a Magistris Almae facultatis Thcolo-
gice, sub consueto examinis rigore, Doctoratus
in signia consecutus fucrim, Dum Martini Lu-
theri nomen, non solum Italæ, sed Germaniæ
ā ij

quoque protus adhuc incognitum esset: Paulo Post vero, repente nouæ doctrinæ fama & contradicendi audacia diuulgari cœpit, & sub prætextu corrigendorum abusuum, præsertim Romanæ Curiæ, Indulgentiarum, & variarum conquirendæ pecuniaæ adiumentorum, sibi fauore Laicorum & desertorum hominū: Odium verò Cleri & Monachorum, conciliauit. Cum igitur studii mei insignia debeam, & accepta referam Clarissimæ Vniuersitatis Ferrariensis Almae facultati Theologicæ, non puto me honestius aut iustius hunc laborem meum, vlli nuncupare Principi aut Patrono posse, quam Clarissimo Nomini tuæ Illustrissimæ Celsitudinis. Quod ut clementer in bonam partem accipias, humiliter orro ac supplico. Scripsi & pia intentione & bona fide hanc historiam, in qua referuntur verba propria multorum ac magnorum virorum. Ex quibus varia de Lutheri doctrina, eiusque audacibus cœptis, scriptisque & Actis, referuntur iudicia. De quibus lectori sententiam & censuram relinquo. Mibi curè fuit sub veritatis compedio ista referte, vt & præsens sæculū intelligat, quā lōge à scopo Euangelicæ doctrinæ & ab obediētiæ debito, atque ab vnitate Ecclesiae, contra legem Charitatis, & contra certissima Christi & Paulicetus Apostoli monita, egerint, scripserint que & prædicauerint Lutherus & complices eius, qui ne fariis conatib⁹ & machinationib⁹ suis, sine omni emendationis fructu, totum cōtūr bauerunt mundum dissidiis, & dubitationibus scanda-

5

scandalosissimis in fide & religione Christiana.
Christus abiturus ex hoc mundo ad Patrem, di-
cebat discipulis suis. Pacem relinquo vobis : pa-
cem meam do vobis. Lutherus contra minacissi-
me dixit Summo Pontifici & vniuerso Clero.
Nec viuus, neque mortuus, pacem vobis relin-
quam. Quod, proh dolor, nimis vere factis ipsis
comprobauit hactenus per xxx. annos & ultra:
Quandoquidem non solum Clero, sed Laicis
quoque & tori Ro. Imperio, pacem abstulit, &
periculosis Religions & Reipub. discordias
as post se reliquit. Faxit Deus Opt. Max. vt pacem
suam nobis reddat tandem, vt iterum vere dici
& scribi possit: Multitudinis credentium erat
cor vnum, & anima vna. Boni consulat, precor,
Clementia tua, Illustrissime Princeps, quod au-
sim sub Lullust. Celsitudinis tuæ nominis splen-
dore ac patrocinio, hoc qualecunque veritatis
testimonium in lucem proferre: vt & ii, qui super
sunt, ex his scriptis aut gratulentur, & Deo gra-
tias agant, quod alieni ab hisce nouitatibus &
dissidiis, per gratiam Dei à Catholica & Apo-
stolica, fide non defecerunt: Aut intelligent, at
que humiliter recognoscant alii, quia temere, reli-
cta Ecclesiæ pace & unitate, atque sanctorum
Patrum et maiorum nostrorum fide, novis sectis
hactenus adhaeserunt: quanta in pericula preci-
pitauerint animas suas, dum legerint ex hoc li-
bro, quam incerta sint sectarum fundamenta
super quibus non solum ab Ecclesia, sed etiam
à scipiosis dissident, & se inuicem condemnant:

ā iii

6
Et pia posteritas discat h̄ic, huiusmodi nouis di-
stidiis in tempore ac statim resistere, & vulpecu-
las capere, dum paruae sunt, antequa-
am inualecant, & seditionibus
auctae, sine magna clade aut
calamitate capi non pos-
sit: Iuxta illud
Ouidii.

*Principiis obsta, sero medicina
paratur.*

Bene valeat Amplissima & Illustrissima Celsitu-
do tua, Domine Clementissime, Duxque Claris-
sime, in Domino Iesu Saluatore nostro.

F R A G M E N T V M E X L I-
teris Theologorum Vniuersitatis
Ferrariensis, super promotione
D. Ioannis Cochlaei.